Actum in Castro Premislien[si]

Feria quinta ipso die festi Sanctorum Trium Regum Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Octuagesimo Tertio Coram Generosis Joanne Thoma Drohoio
wski a Drohoiow Capitaneo Alberto Lutkoslawski Gladifero Terrae
6/1. Vicecapitaneo Cancellarioque Officii Judicii Dobrogostio Zapolski No
tario Castren[si] Premislien[si] Officio et Actis

Castellana Halicien[sis] quietat Tharlowa

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capita
nealibus Premislien[sibus] Magnifica Zophia de Panyow relicta Coniunx olim
Magnifici Joannis Sienienski de Sienno Castellani Halicien[sis] A Palla
tinatibus Terris Districtibus ac iuribus suis quibusvis propriis recedens
foroque proprio renuncians Ac Jurisditioni Castren[si] Premislien[si] se
suosque successores cum omnibus bonis suis Terrestribus et Maternis Mobilibus et
Immobilibus habitis et habendis in toto quo ad actum effectumque praesentis
Inscriptionis subijciens ac inscribens mente et corpore sana existens pu
blice et per expressum recognovit Quia a Generosa Hedwigi de
Zmigrod relicta Coniuge olim Generosi Nicolai Tharlo Dapiferi
Terrae Sandomirien[sis] Summam Septem Millium florenorum pecuniae communis
et monetae polonicalis singulum florenum triginta grossis polonicalibus
computando certi debiti integraliterque pecuniae per ipsam Hedwigim de
Zmigrod Coram Judicio et Actis Terrestribus Lublinen[sibus] Magnificae
Zophiae de Panyow dare solvere et plenarie exolvere in Castro Premislien[si]
reponere pro die et festo Sancti Stephani hoc est in crastino festi Na
tivitatis Christi proxime praeteriti inscripta atque in se suaque omnibus bonis
suis Terrestribus et Maternis Mobilibus et Immobilibus in quibuscunque
Terris et Districtibus Regni Poloniae habitis et possessis assecuratam
recepit et manualiter in effectu levavit de qua Summa Septem Millium

florenorum pecuniae monetae et monetae polonicalis per ipsam Zophiam de Panyow
ab eadem Hedwigi de Zmigrod recepta et manualiter levata nominatam
eandem Hedwigim de Zmigrod quietat liberam et immunem facit prop
ter Jamque ex nunc Inscriptionem qua praefata Hedwigis de Zmigrod super
eandem Summam Septem Millium florenorum pecuniae monetae polonicalis Coram Judicio
et Actis Terrestribus Lublinen[sibus] ipsi Zophiae de Panyow recognovit et fecit
cum omnibus eius conditionibus poenis clausulis articulis ligamentis nullis
excepta cassat et annihilat Insuper a Citatione qua ipsam Hed
wigim de Zmigrod ad Officium praesens Castren[se] Premislien[se] eadem Zo
phia de Panyow pro vadio cum Summa essentiali invenit cuius Quanta
ducentum Millium florenorum pecuniae monetae polonicalis vigore omnibus de Inscri
ptionibus eo quod praefata Hedwigis de Zmigrod Inscriptioni et submis
sioni suae non satisfecit ubique Summam essentialem pro die tempore
et loco non solvit atque Intromissionem in bona sua Terrestria et Materna Mo
bilia et Immobilia in certis Districtibus existentia ad officium requisi
ta fuit admisit submittere recedit et eadem in toto mortificat Eius
temporibus temporibus sibi et suis successoribus promissa repetenda et la
cum maioribus perpetuum imponendo silentium praesenti sua recognitione mediante
Quod memoriali firmatum est

Vniathiczki ite[m] Pniowski

Stans personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Premislien[sibus] No
bilis Stheczko Milosthycz Vniathyczki in villa Lopuszna sorte sua
sedens a Terris Districtibus Juribusque suis quibusvis propriis ac foro
competenti recedens suo praesenti iuri et iurisditioni quo ad actum et
effectum praesentis Inscriptionis attinet incorporans et subijciens sanus
mente et corpore existens publice ac per expressum recognovit Quia
Nobili Laurentio Pniowski et suis successoribus legitimis Summam